N. Inv. 5577.

+

De Festorum Latinorum et Ru: thenicorum celebratione.

Latini Festa in Synodo Petricoviensi Anno Dni 1607. Sub titulo De promulgationibus à Concionato: ribus faciendis, celebrare tenentur

Graeci existentes inter Latinos, dies Festos de praecepto eius: dem Latinae Ecclesiae servare tenentur. Ita decrevit Clemens VIII. Pontifex Maximus ex sententia Sacrae Congregõnis super Reformatione Graecorum ac observa: ri mandavit Romae in Palatio Montis Quirinalis apud S. Marcum die tertia Mensis Augusti Anno Dni 1595. Pontificatus sui anno quarto.

Declaratur primo. Leo X. ad supplicatõnem Sigis: mundi Primi Poloniae Regis per Joannem Laski Arche: piscopum Gnesnen. statuit, decrevit ordinavit et de: claravit, Praelatos ordinarios et Rectores Parochiali: um posse concedere licentiam per se vel suos Vicari: os exercendi Labores et opera servilia hominibus ruralibus, ut possint evitare damna in fructibus rura: libus. Ita diserte est in Bulla Leonis Xmi sub Dat. Romae apud S. Petrum Anno Domini 1515, Quinto Idus Augusti, Pontificatus sui Anno tertio.

Potest igr à Rectoribus Ecclesiarũ dari licentia ut homines rurales possint die Festo metere frumen: ta, colligere alia legumina, arare, seminare, tritu: rare, foenum colligere, et alia huius generis, quando probabiliter

probabiliter esset periculum (ut temporis pluviosi) Si
fert Thomas Zerola in sua Praxi Episc. in diction
sta. Ad tertium.

Similes causas ex quibus possit concedi talis licen
Praelati Ordinarij Ecclesiarumq Parochialium Rector
possunt declarare, Haec enim eorum arbitrio fiunt.

Declaratur 2do Praelatos eosdem et Rector
pro evitandis scandalis non posse talem concedere lic
tiam laborandi in Festis maioribus in Bulla Leon
X. enumeratis vezt Festo Circumcisionis, Epiphaniae,
schalis, Pentecostes, Ascensionis Dni ac Purificationis
Assumptionis BMV. nec non Nativitatis S. Ioan
Baptistae et Natalis Beatorum Petri et Pauli Ap
lorum et celebritate Omnium Sanctorum.

Declaratur tertio. Indultum istud Apost
sedis non pertinere ad mechanicos in Civitatibus
pidis Artifices, quia indultum hoc de ruralibus hoc
bus loquitur, et de evitandis damnis in fructi
ruralibus, Ergo ad artifices non potest porrigi qui n
cupantur circa fructus agrorum rurales. Privile
hoc agricolis competit privans legem generalem
effectu, dum seorsum a lege generali statuit
Privilegium Dixi 3. Lex generalis de Festis seu sabba
mulgata est à Deo Exodi 34 versu 21. ubi specialis
mentio araturae et messis, Cessabis (inquit) nec (s
tuum) praficies ad arandum et metendum, tametsi
hic vocet privata utilitas, sic enim vulgata editio
Hebraicum textum declaratur et illustratur.

uilegium igitur agricolis ad euitanda ruralia da:
mna concessum, non debet à sutoribus sartoribus alijsq
eius generis artificibus trahi in exemplum iuxta regu:
lam Quod alicui, De reg. iur. in 6.
Deinde, quia qualitas in decreto requisita verificari
debet, vt habeat locum dispositio decreti Ioan. And.
in cap. 1. per illum textum De homic. in 6. Refert
et sequitur Bald. in l. Si quis, Non dicam n° 8. C. De
Episc. cler. vbi propter non probatam qualitatem Assa:
sinatus quidam accusatus euasit pœnam mortis,
Idem Bal. in l. Qui ad ciuilia C. De appell. Decius
cons. 64 n° 6 vers. Ad hoc enim Nemo autem negare po:
test, qualitatem rusticani huius causamque finalem da:
mnorum ruralium in decreto Leonis X specifica:
tam verificari non posse in artificibus. Vnde certi
explorratique iuris est, artifices diebus festis ex præ:
cepto Ecclesiæ laborare non posse, ipsosque artifi:
ces tam Romanos quàm Ruthenos grauiter puniendos
esse pro violatione Festorum
Declaratur 4to. Dum enim Leonis X Papæ in:
dultum adijcit hæc verba (Cultu tamen religionis nõ
contempto) procul dubio voluit Sacrosanctæ Missæ
Sacrificium prius celebrari, vt præcepto Ecclesiæ
satisfiat. Parochus itaque à Parochianis requiri
consulique debet, an sit iusta causa, vt rusticani la:
borare possint die Festo, et cognito quod iusta
causa sit, eis denunciare debet vt ante vel
post ortum Solis statim ad pulsum conueniat in

templum, vbi recitato et cantato Sacro et concione au-
ta ad ruralia opera et servitia eant.
His quæ iam brevissimè dicta sunt consentaneu[m]
Rutbenis agros colentibus nullum præiudicium fie[ri]
dum illis à Sede Ap[osto]lica necessitas imponitur Fes[ta]
Romanæ Ecclesiæ celebrandi; Quia eorundem agre-
stium Popones seu Parochi possunt ipsis ex ijsdem [cau]-
sis concedere laborandi licentiam, dummodo Fes[ta]
excepta non violentur &c &c
Nec obstat quod præter Romanæ Ecclesiæ Festa
etiam ritus more instituto[que] Græcorum, quos Rut[he]-
ni sequuntur festa observare debeant, et sic Ro-
mana et Ruthenica Festa celebrando parum [tem]-
poris supersit ad arandum et metendum alia[sque]
similes functiones, Manifestum enim est Ru-
thenos qui vnionem suorum Wladicorum Popon[um]
sequuntur et sua Festa et Romana celebra[re]
posse sine damnis ruralibus, id quod aperte p[ro]-
batur ex dierum festis impeditorum enumera[tione]
quatuor præcipuorum quibus aratur et metitur
mensium, In mense siquidem Aprili Rutbeni tria
festa solemnia h[abe]nt 1 Georgij, 2 Mariæ 3 et Ja-
bi Apostoli. In Romano autem Calendario sola
S. Adalberti fit solemnitas.
In mense Maio Rutbeni habent Festa 1. Ioan[nis]
Evangelistæ 2. Simonis Zelotæ Apostoli. 3 Cons[tan]-
tini Matrisq[ue] eius Helenæ. In Romano autem Ca-
lendario alia tria reperiuntur 1 SS[anctoru]m Philip[pi]
et Jacobi 2. Inventio S. Crucis 3 et S[anc]ti Stanislai

In men[se]

In mense Junio Rutheni Festa sunt quinq 1 Cyr[illi]
2 Bartholomaei 3 Apostoli Judae 4. Nativitatis S.
Joan Baptistae 5. Petri et Pauli. Romanum Ca:
lendarium duo tantum Festa habet. Nativitatis
S. Joannis Baptae et SSm Petri et Pauli.
In Julio Rutheni celebrant Festum S. Eliae Prophe:
tae Romani quatuor 1. Visitationis B.M.V. 2. Mar:
garethae 3 Mariae Magdalenae 4. Jacobi Apostoli.
Mensis Augusti Festa Rutheni celebrant tria.
1. Matthaei Apostoli 2 Dormitionis B.M.V. 3 Decol:
lationis S. Joan Baptistae. Romani item tria 1 Lau:
rentij 2 Assumptionis B.M.V. et Bartholomaei
In Septembre (a quo Rutheni sumunt novi anni exor:
dium) quinq Festa celebrant 1. Nativitatis B.M.V.
2 Exaltationis S. Crucis 3. Conceptionis S. Joan Ba:
ptistae 4. Prestawlenie forte translationem S. Joan Ba:
ptistae 5 Bohestawa. Romana Ecclesia tria festa
celebrat 1 Nativitatis B.M.V. 2. Exaltonis S. Crucis
3 Matthaei Apostoli.
Caeteros menses ommitto, in quibus nec aratur nec me
titur ordinario nostro cursu. Quod pertinet ad Festa
mobilia, sciendum est Paschae festum in Calendario
Romano duobus tantum mensibus vizt Martio et
Aprili post correctionem Calendarij celebrari. Ru:
thenicum Pascha in solis item duobus venire vizt
in Aprili et Maio mensibus. Unde fit quod propria
temeritati imputare debent, si quae impedim̄ta
in arando et seminando his mensibus patiuntur

Nullam enim iustam rationis consonam causam habere
afferre possunt, cur Calendarij correctionem non debeant ac-
cipere, quam ipsa Ducalis et Regalis Prussia haeresi in-
fecta, potius adducta rationibus in Regni Constitutio-
nibus expressis recepit. De sanctitate insigni Constantini
Magni piè Rusti sentiunt eiusq Festum celebrant so-
lenne in Mense Maio, eiusdem tamen epistolam ad Ori-
entales de Pascha festo vno die cum Romana Eccle-
celebrando sequi nolunt. Si celebrare eius festum de-
ctat, cur imitari et obsequi piget? Et nè ignorantia
praetexant, hanc ipsam epistolam Felix Zembrows
ex Theodoreti Episcopi Graeci lib. po cap. 10. in Polonic
idioma egregiè transtulit in suo contra Latossum
recti Calendarij cum Ruthenis hostem speculo. Pul
illa epistola Constantini Imperatoris et efficacis
rationes continet, quae et barbarorum mentes convin
eisq vnionem sanctam persuadere possent. Hunc
ca ratio Summi Pontificis Clementis VIII. ad hoc ip
sufficiat. Quia Rutheni in Russia, Wolhinia, alijsq
us Regni Poloniae locis manentes, existunt inter La
nos, ergo dies festos de praecepto eiusdem Ecclesiae
uare tenentur. Ego ipse audivi Rmum olim Dnum
Hippatium Pociey Wladicam Wlodimiriensem cum in
nodo Brestensi referret suae legationis officium, quod
ram Regijs Commissarijs ibidem referebat, se interrog
se Pontificem, an correctum Calendarium suscip
tenerentur et Pontificem vidisse. Si Rutheni in
lonia seorsim in aliquo Ducatu (qualis est Moscov
habitant, posse eos vetus Calendarium retinere,
Dnus Hippatius interroganti Pontifici respondit

ne vna

pè vnam quidem domum talem reperiri, ta
est vt sit aliquis Ducatus, Pontificem in t
retentionem vsumq veteris Calendarij conced
posse: Videant hic Metropolita et Episcopi Ruth
an verè sequantur Apostolicæ sedis iudicium, qui ne
quas stationes publicam turbarem et seditionis
Pontifici narrant, cuius metu se non posse tutò corre-
ctionem Calendarij Gregorij XIIIti fel. recor. Pont.
Maximi obseruare prætendunt. Certè est in ore
populi id quod suis Israelitis Elias sanctus dicebat
si Baal est Deus, sequimini illum, si Dominus est
Deus sequimini illum. Ita si Patriarcha Constantino-
politanus est Vicarius Christi in terris, sequimini illū.
si Romanus Pontifex Vicarius est Christi et successor
Petri sequimini illum Vt quid claudicatis super duas
partes Lib. 3. Regum cap. 18. d. In hebraico textu
legitur lib. 1o cap. 18. versu 21. Vsquequo vos clau-
dicantes super duas cogitationes. Dictio (Chasseaphim)
deriuatur à hassaph quæ significat Ramum, et
metaphoricè cogitationem, quasi se habet ad cor si-
cut ramus ad arborem. Cum igitur certò certius sit, Ru-
thenos permistos esse Latinis, cur tanto tempore non re-
cipitur Calendarium correctum? cur decisioni Ponti-
ficiæ non statur? quæ maximè scandali euitatio-
nem considerat, Nam et Innocentius Pontifex
Maxs in suis ad Decretales Commentarijs super cap.
Cum secundum De temp. ordin. scripsit Presbyte-
rum vxoratum ritus Græci si longam moram cum sua
vxore inter Latinos vult trahere non esse tolerandū

[illegible] scandalum Abbas quoq; Panorm. in cap. 2 De [illegible] q̃o notabili ait Teneri aliquem ius suum indi[illegible] relinquere propter scandalum euitandum, et alios casus triginta duos enarrat Felin. in cap. Ni-hil. n° 2. De praescrip. Quanta vero scandala sint in terris Russiae, Wolhiniae, Podoliae alysq; vix expli-cari potest, quae si Apostolicae sedi ab Ordinarys re-ferrentur, maiores vberioresq; fructus istius vnio-nis caperet Vniuersalis Ecclesia quam hucusq; capit. Nam generaliter loquendo, Omnes festiuitates Sacrorum dierum maiores et minores amisimus, qua ex re etiam ipsi infideles ocasiones sumunt blasphemandi nomen et fidem Christianam. Hoc scandalum etiam Concionatores passim fouent, praedicantes Ruthenos non teneri ad obseruationem Festorum Romanae Ecclesiae id quod manifestissime repugnat Pontificis Max. (quae in principio posita est) decisioni; et inde infe-runt vnumquemq; Catholicum posse diebus festis condu-cere operarios Ruthenos ad arandum, metendum, ali-udue quodpiam seruile opus exercendum non consi-derando verba legis diuinae supra allegata Exodi 34 versu 21. nec certam iuris communis regulam dicentem Qui facit per alium, est perinde ac si faceret per se ipsum, Quasi vero non teneatur interdicto, Vnde vi qui deycit de possessione per alium; aut non sit reus homicidy qui occidit per alium, aut qui Clericum verberat per alium, non sit excommunicatus, cum tamen aliud decisum sit in L. 1. § Deiecisse D. De vi et vi arm. et in l. Non ideo De accus. et in cap.

Mulieres

Mulieres 6 solto Desent excois. Nec c[...]
asserta potest Catholicos nrōs excusare, q[...]
Pius V^tus Papa in sua Bulla quæ incipit Cu[m]
Apostolatus officium vocat tales consuetudin[es]
sus pravos) et proinde quando est corruptela,
test indeo consuetudo, etiam ex cursu tempori[s]
morabilis iux glossam coiter receptam in cap. [...]
verbo Non existit De consect. in 6. Quamqu[e]
consuetudinem etiam ante Bullam Pij V^ti non
turisse valere docet Annotatio in cap. 62 Pra[x]
Neapolitanæ M. Antonij Episcopi Montis Mar[...]
Quicquid pleriq Doctores dicunt. Unde idem An
tonius in d. sua praxi dicit quod in d. Dioecesi [...]
vitate Neap. ex edicto dictæ Curiæ laici non observan[tes]
Festa tenentur solvere libras centum cæras laboran[tes]
et in subsidium imponi pœna excois, et talis exequu
tio fit per exequutores officij spualis, et is ipse scri
bit ibidem in cap. 13. in fine. Officium spirituale pos
se con laicos non observan dies festos procedere ad
pœnam pecuniariam, et quod officiales laici non
possint se intromittere. Hoc ipsum facere Ordinarios
in Regno Poloniæ posse probatur Statuto Sigismu
di Primi Cracoviæ Anno Dni 1543. Et quamvis Con
stitutio Sigismundi Augti videtur suspendisse vim
excois, Synodus tamen Provin^lis Anni 1607. sub
tit. De iurisdone Ecclesiastica capit excessus tales cen
suris coercere, certo confisa si brachium sæculare
exequutionem facere nolit vel non possit, Deum i
psum eam facturum ee
Ex præmissis infero male quosdam sæculares facere

vide et legi, qui con̄ violantes Festa sanxe[...]
runtq pœnam pecuniariam trium sexagenar[...]
parvō sibi applicandam et pœnam carceris per
eptem sustinendam et de facto exequuti sunt,
n̄ multas hmōi nē Epūs quidem pro se exige[...] hātom
liās habituri sunt Deum ipsum ultorem ut servi:
D Thom. Zerola in sua Praxi Episc. in verbo Festa
. Nam multas pecuniarias Sacrū Conc̄m Trid in Se[...]
cap. 3 § In causis locis pijs in Civitate vel oppido ex[...]
ntibus, eo ipso quod exactæ fuerint applicandas
decernit. Hoc ipsum in suo casu statuit in Sess.
cap. 4. ubi pecuniarias multas fabricæ Ecclæ
l alteri pio loco arbitrio Episcopi applicare iubet
et Sess. 21 cap. 1. § Si quis aut ibi Fabricæ Ecclesiæ
aut pauperibus loci erogare.
Ex præmissis igr̄ et quolibet manifesti iuris est Ruthe
nos inter Catholicos Romani ritus habitan, obligatos
esse ad cessōnem functionū rusticanū, quæ fiunt in
arando, metendo et faciendo alia opera ruralia, tū
quando celebrantur Festa Romanæ Ecclæ idq sub
modo indulti à Leone X Provinciæ nræ in qua degin[...]
concesso, et violatores Festorū etiam Ruthenos esse
[...]preniendos ad instantiam Parochi pœnis pecuniariis vel
carceris, Catholicos aut Romani ritus etiam pœna excom
municōnis idq in subsidium, Officia sæcularia mul
ctas exigere posse, sed eas sibi usurpare non posse
et si exegerint ad restitutionē earundem cogendos es[...]